SAMMELBAND VERMISCHTEN INHALTS (BINDESYNTHESE DES 19. JAHRHUNDERTS)
Melk und Wien (?), 15. Jh. Seite 313v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40517
Copyright: Melk, Benediktinerstift



voluntati creatoris qui ab initio sic preuidit et ab
ipso solo auerti potest pro vt apud quem solum
plenitudo potestatis habetur non tamen vult auertere cum
eius consilium sit immutabile sed vult illam obedien-
tiam durare vsque in terminum sibi impositum ab ipso Sed
in hiis quorum nos sumus principium nihil prohibet
in celo etiam non causam sed significationem inesse Du-
arum enim partium contradictionis quarum alterutram potest
homo eligere sciebat deus ab eterno quam illarum
eligeret

Vnde in libro vniuersitatis qui est celi pellis dictum
est potuit deus significare si voluit et sciebat Quod
si fecit tunc eadem est determinatio de compossibilitate
liberi arbitrii cum diuina prouidentia et cum celi sig-
nificatione Natus ergo non iudicatur castus vel inces-
tuosus iracundus vel paciens fidelis vel infide-
lis et hiis non secundum aptitudinem vel ineptitudinem
Vnde nihilominus eligit hoc aut illud Sed ex opera-
tione celi est quod inclinatur citius ad eligendum illud
ad quod aptus est Sic in presenti operatio cause agentis
huius cometa causantis non agit in aliquam rem nisi
secundum proportionem materie recipientis

Gratia exempli

Si quis complexione colericus prescirent estate fu-
turam multum siccam et calidam habet sibi timere
febres causon euenire Sed quia prescius multo
tempore ante per exhibitionem diete potest mutare complex-
ionem suam donec declinat ad latus humiditatis
et frigiditatis Nunc operatio celi aduenientis que
si in media consistentia ipsum inuenisset ad latus
egritudinis ex calore et siccitate traxisset dum
vero ipsum in opposito latere inuenit ad medium